



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

6. Augusti. Res potissimum publicæ, ut plurimum oculos, & judicia
subituræ, non inchoentur, nisi media ad finem deducendi sint prævisa. S.
Ignat. apud Martini in Nov.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

6. Augusti.

*Res potissimum publica, ut plurimum oculor,
& judicia subitura, non inchoentur, nisi
si media ad finem deducendi sint prævisa.*
S. Ignat. apud Martini in Nov.

Fortunæ rei successum committens,
partus est imprudentiæ; si è voro ca-
dat, non tibi, sed casui adscribendus. Te-
merarius est, qui ad terminum tendit, cu-
jus viam ignorat.

Serò sapiunt Phryges, quia sinè futurè
solicitudine hodierni sunt, futurorum
immemores. Nulla magis metuenda mala,
quàm quæ nullum sui metum præmiser-
runt. Ut prævisa minùs, ità subita tela ma-
gis, feriunt.

Nimiùm serò medicina paratur mor-
bo, qui cùm ad extrema deduxerit ægrum,
tum hęc primùm noscit quò? quâve negli-
gentiâ invaluerit malum, cui præservativa
levis medela impediendo profuisset.

Quid mirùm? quòd corruat, qui cæcus,
fovea, an solidum, quò pedem figit, non
attendit. Oculi sapientis in capite, stulti
verò in pedibus sunt. Ille in principio de-
signat media, istum in fine pœnitet errasse.